

Comitato regionale di coordinamento per la Certificazione Linguistica del Latino

PROVA DI CERTIFICAZIONE LINGUISTICA DEL LATINO – BASILICATA - 14/04/2025

V Edizione – LIVELLO B1 – B2

Ritratto di Annibale

r.1	Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit; Hamilcarem
r.2	iuvenem redditum sibi veteres milites <i>credere</i> ; eundem vigorem in voltu vimque in oculis,
r.3	habitu oris lineamenta que intueri. Dein brevi effecit ut pater in se minimum momentum ad favorem
r.4	<i>conciliandum</i> esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum,
r.5	habilius fuit. Itaque haud facile discerneret <i>utrum</i> imperatori an exercitui carior esset; neque
r.6	Hasdrubal alium quemquam praeficere malle ubi quid fortiter ac strenue agendum esset, neque
r.7	milites alio duce plus confidere aut audere. <i>Plurimum</i> audaciae ad pericula capessenda , plurimum
r.8	consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat . Caloris ac
r.9	frigoris patientia par; cibi potioneque desiderio naturali, non voluptate modus finitus; vigiliarum
r.10	somnique nec die nec nocte discriminata tempora; id quod gerendis rebus superesset quieti datum;
r.11	ea neque molli strato neque silentio accersita ; multi saepe militari sagulo opertum humi <i>iacentem</i>
r.12	inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter aequales excellens:
r.13	arma atque equi <i>conspiciebantur</i> . Equitum peditumque idem longe primus erat; princeps in proelium
r.14	ibat, ultimus <i>conserto</i> proelio excedebat. Has tantas viri virtutes <i>ingentia</i> vitia aequabant,
r.15	inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum
r.16	ius iurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale
r.17	imperatore meruit , nulla re quae agenda videndaque magno futuro duci esset praetermissa.

ESERCIZI

1) Scegli il riassunto che ti pare meglio corrispondere alla vicenda che hai letto:

- 1) Quando Annibale arrivò in Spagna, immediatamente si accattivò il favore dell'esercito e dei veterani i quali notavano quanto somigliasse ad Amilcare da giovane. La natura di Annibale sembrava adatta a cose assai diverse, come obbedire e comandare. Asdrubale lo metteva sempre a capo in ogni azione che richiedeva coraggio ed energia, anche se i soldati non si sentivano ancora sicuri sotto la sua guida. Era audace, ma non accorto nell'affrontare i pericoli, sopportava bene qualunque tempo, non era ingordo, dormiva quando poteva e dove capitava. Era sempre il primo ad entrare in battaglia e l'ultimo a ritirarsi. Aveva però anche tanti difetti, crudele, sleale, nessun rispetto per gli dei e per i giuramenti. Era destinato a diventare un grande comandante.
- 2) Quando Annibale arrivò in Spagna, immediatamente si accattivò il favore dell'esercito e dei veterani i quali notavano quanto somigliasse ad Amilcare da giovane. La natura di Annibale sembrava adatta a cose assai diverse, come obbedire e comandare. Asdrubale lo metteva sempre a capo in ogni azione che richiedeva coraggio ed energia, così i soldati si sentivano più sicuri sotto la sua guida. Era audace e accorto nell'affrontare i pericoli, sopportava bene qualunque tempo, non era ingordo, dormiva quando poteva e dove capitava. Era sempre il primo ad entrare in battaglia e l'ultimo a ritirarsi. Aveva però anche tanti difetti; crudele, sleale, nessun rispetto per gli dei e per i giuramenti. Era destinato a diventare un grande comandante.
- 3) Quando Annibale arrivò in Spagna, immediatamente si accattivò il favore dell'esercito e dei veterani i quali notavano quanto somigliasse ad Amilcare da giovane. La natura di Annibale sembrava adatta a cose assai diverse, come obbedire e comandare. Asdrubale lo metteva sempre a capo in ogni azione che richiedeva coraggio ed energia, così i soldati si sentivano più sicuri sotto la sua guida. Era audace ma non accorto nell'affrontare i pericoli, sopportava bene qualunque tempo, non era ingordo, dormiva quando poteva e dove capitava. Era sempre il primo ad entrare in battaglia e l'ultimo a ritirarsi. Sembrava non avere difetti, era leale e rispettoso per gli dei e per i giuramenti. Era destinato a diventare un grande comandante.
- 4) Quando Annibale arrivò in Spagna, non si accattivò immediatamente il favore dell'esercito e dei veterani i quali notavano quanto somigliasse ad Amilcare da giovane. La natura di Annibale sembrava adatta a cose assai diverse, come obbedire e comandare. Asdrubale lo metteva sempre a capo in ogni azione che richiedeva coraggio ed energia, anche se i soldati non si sentivano ancora sicuri sotto la sua guida. Era audace e accorto nell'affrontare i pericoli, sopportava bene qualunque tempo, non era ingordo, dormiva quando poteva e dove capitava. Era sempre il primo ad entrare in battaglia e l'ultimo a ritirarsi. Aveva però anche tanti difetti, crudele, sleale, nessun rispetto per gli dei e per i giuramenti. Era destinato a diventare un grande comandante.

2) Indica il significato che hanno le seguenti parole nel contesto del brano:

1) r. 2 *redditum*

- a) sostituire
- b) rispondere
- c) restituire
- d) emettere

2) r.3 *effecit*

- a) fare
- b) comporre
- c) condurre
- d) ottenere

3) r. 4 *ingenium*

- a) espediente
- b) talento
- c) indole
- d) carattere

4) r. 5 *discerneret*

- a) separare
- b) distinguere
- c) decidere
- d) dirimere

5) r. 7 *capessenda*

- a) prendere
- b) afferrare
- c) impegnarsi
- d) affrontare

6) r. 9 *voluptate*

- a) ingordigia
- b) soddisfazione
- c) gioia
- d) piacere

7) r.11 *accersita*

- a) andare
- b) procurare
- c) provocare
- d) aggiungere

8) r. 17 *meruit*

- a) guadagnare
- b) acquistare
- c) militare
- d) meritare

3) Indica se le seguenti affermazioni sono, in riferimento a questo brano, giuste oppure no:

- | | | | | |
|---|------|--|-----------------------------|-----------------------------|
| 1 | r.2 | <i>credere</i> è infinito storico | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 2 | r.3 | <i>ut</i> introduce una proposizione completiva | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 3 | r.4 | <i>conciliandum</i> è accusativo del gerundio | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 4 | r.5 | <i>utrum</i> è pronome interrogativo | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 5 | r.7 | <i>plurimum</i> regge il genitivo di qualità | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 6 | r.11 | <i>iacentem</i> è participio presente | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 7 | r.14 | <i>conserto</i> è participio perfetto | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| 8 | r.14 | <i>ingentia</i> è aggettivo di grado comparativo | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |

4) Indica se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F):

1.	Veteribus militibus videbatur Hannibal patrum Hamilcaris oris lineamenta habere	V	F
2.	Cum in proelio fortiter ac strenue agendum esset, Hannibalem Hamilcar praeficiebat	V	F
3.	Cum audacia consilioque Hannibal pericula adibat	V	F
4.	Ad parendum potius quam ad imperandum, Hannibal aptus erat	V	F
5.	Antequam in proelium prodibat, Hannibal magna cum voluptate edebat atque bibebat	V	F
6.	Militari sagulo opertus humi iacens Hannibal brevi se somno dabat	V	F
7.	Hannibali erat magna crudelitas perfidiaque et nullus deorum metus	V	F
8.	Hasdrubale duce, per tres annos Hannibal meruit	V	F

5) Completa la seguente parafrasi del testo, inserendo i termini dati, opportunamente flessi:

Adventus Hannibalis in Hispania _____ in se oculos convertit. Veteribus militibus Hannibal _____ patri Hamilcari _____ admodum similis esse; non solum Hannibali erant _____ oris lineamenta, sed etiam idem vigor in vultu visque in oculis. Brevi tempore, Hannibal militum favorem sibi conciliavit. Indole singulari excellabat et ad _____ et ad parendum. Hannibalem _____ praeficiebat Hasdrubal praesertim ubi plurimum _____ roborisque necesse erat, ita ut milites in _____ essent. Audax et prudens cum pericula adibat, _____ et frigus ferebat, parcus in bibendo et _____; nullus labor eum fatigabat et, tempore _____, humi dormiebat. Vestitus neglegebat, sed arma et equos curabat. Exemplo erat _____ militibus: primus antes _____ committebat proelium, ultimus excedebat cum proelium _____. Abundabat vitiis: crudelis, sine fide et impius erat. _____ annis in quibus stipendia meruit sub fratre Hasdrubale, demonstravit se _____ ducem optimum, clarissimum, maximum.

Agmen, agminis	Impero, as, avi, atum, are
Animus, i	Iuvenis, iuvenis
Calor, caloris	Miles, militis
Capio, capis, cepi, captum, capere	Omnis, omne
Conficio, conficis, confeci, confectum, conficere	Suus, sua, suum
Edo, edis, edi, esum, edere	Tres, tria
Fio, fis, factus sum, fieri	Tutum, i
Idem, eadem, idem	Videor, videris, visus sum, videri

6) Trasforma le seguenti proposizioni, rispettando i suggerimenti forniti:

- 1) r.1: **Missus** Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit:
trasforma il participio perfetto in una proposizione subordinata temporale esplicita.

- 2) rr.3-4: **ad favorem conciliandum**:

trasforma il costrutto in una proposizione subordinata esplicita con lo stesso valore.

- 3) r.8: **Nullo labore ... animus vinci poterat**: trasforma la proposizione principale in una infinitiva retta da videor coniugato opportunamente.

- 4) r.11: **ea (quies) neque molli strato neque silentio accersita**: trasforma il costrutto indicato in una subordinata dipendente da “Hannibal ita fortis atque strenuus erat ut”

ESERCIZI PER IL CONSEGUIMENTO DEL LIVELLO B 2

7) Traduci il testo seguente, che è la continuazione del brano fin qui analizzato:

r.1	Ceterum ex quo die dux est declaratus , velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanum
r.2	mandatum esset, nihil prolatandum ratus ne se quoque , ut patrem Hamilcarem, deinde
r.3	Hasdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret , Saguntinis inferre bellum statuit. Quibus
r.4	oppugnandis quia haud dubie Romana arma movebantur , in Olcadum prius fines - ultra Hiberum
r.5	ea gens in parte magis quam in ditione Carthaginiensium erat - induxit exercitum, ut non petisse
r.6	Saguntinos sed rerum serie finitimis domitis gentibus iungendoque tractus ad id bellum videri
r.7	posset. Cartalam, urbem opulentam, caput gentis eius, expugnat diripitque; quo metu percussae
r.8	minores civitates stipendio imposito imperium acceperunt. Victor exercitus opulentusque praeda
r.9	Carthaginem Novam in hiberna est deductus. Ibi large partiendo praedam stipendioque praeterito
r.10	cum fide exsolvendo cunctis civium sociorumque animis in se firmatis vere primo in Vaccaeos
r.11	promotum bellum. Hermandica et Arbocala, eorum urbes, vi captae. Arbocala et virtute et
r.12	multitudine oppidanorum diu defensa; ab Hermandica profugi exsulibus Olcadum, priore aestate
r.13	domitae gentis, cum se iunxissent, concitant Carpetanos adortique Hannibalem regressum ex
r.14	Vaccaeis haud procul Tago flumine agmen grave praeda turbavere.

Traduzione

8) Indica se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F):

1. Duce Hannibale, se inferre bellum Romanis Carthaginienses statuerunt	V	F
2. Bellum Saguntini inferendum esse Hannibal cogitabat	V	F
3. Ad adiungendas finitimas domitas gentes, Hannibal Saguntum oppugnavit	V	F
4. Antequam Saguntus oppugnaretur, exercitus inductus est in fines qui erant magna parte in ditione Carthaginiensium	V	F
5. Cum Cartala expugnata est, civitatibus finitimis metu subactis stipendium impositum est	V	F
6. Ad hibernandum Carthaginem rediit victor exercitus	V	F
7. Diu plurimi oppidani defenderunt Arbocalam strenuissime	V	F
8. Gentes domitae priore aestate impetum fecerunt in Hannibalem haud procul flumine Tago	V	F

9) Trasforma le seguenti proposizioni, rispettando i suggerimenti forniti:

1) r.1: trasforma il costrutto “ex quo die **dux est declaratus**”, in una subordinata implicita.

2) r. 2: trasforma il participio “nihil prolatandum **ratus**” in una proposizione causale esplicita.

3) rr. 2-3: trasforma la proposizione subordinata “**ne se quoque, ... cunctantem casus aliquis opprimeret**” in una infinitiva retta da “**ratus**”.

4) r.4: trasforma il costrutto “**quibus oppugnandis**” in una subordinata finale esplicita.

5) r.4: trasforma la proposizione “**quia haud dubie Romana arma movebantur**” in una subordinata con il congiuntivo.

6) r. 8: trasforma la proposizione “**stipendio imposito**”, in una subordinata.

7) r. 10: trasforma la subordinata “**cunctis civium sociorumque animis (in Hannibale) firmatis**” in una proposizione principale.

8) rr. 13-14: trasforma il participio “Hannibalem **regressum** ex Vaccacis” in una proposizione relativa.
